Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nocturnos ferculum fecit Salomon de ligno libani de xpo dicit Columnas eius fecit argenteas reclinatorium aureum Ascensum purpureum media caritate stravit propter filias Syon vox ecclie de xpo Egredimini et videte filie Syon regem Salomonem in diademate quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius et in die letitie cordis eius vox xpi Quam pulchra es amica mea quam pulchra es oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet Capilli tui sicut greges caprarum que ascenderunt de monte galaad Dentes tui sicut greges tonsarum qui ascenderunt de lavacro omnes gemellis fetibus et sterilis non est inter eos Sicut vitta coccinea labia tua eloquium tuum dulce sicut fragum mali punici sic gene tue absque eo quod intrinsecus latet Sicut turris david collum tuum que edificata e cum propugnaculis Mille clipei pendent ex eo omnis armatura fortium Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli qui pascuntur in liliis donec aspiret dies et inclinentur umbre Vadam ad montem murre et ad collem thuris Tota pulchra es amica mea et macula non e in te Veni de libano sponsa mea veni de libano veni coronaberis de capite amana de vertice sanir et hermon de cubilibus leonum De montibus pardorum Vulnerasti cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui Quam pulchre sunt mamme tue soror mea sponsa Pulchriora ubera tua vino et odor unguentorum tuorum super omnia aromata fauus distillans labia tua sponsa mel et lac sub lingua tua et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris Hortus conclusus

soror mea sponsa hortus conclusus fons signatus Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus Cypri cum nardo nardus et crocus fistula et cynamomum cum omnibus lignis libani murra et aloe cum omnibus primis unguentis fons hortorum puteus aquarum viventium qui fluunt impetu de libano xpus gentes monet Surge aquilo et veni auster per pla hortum meum et fluent aromata illius ecclia de xpo dicit Veniat dilectus meus in hortum suum ut comedat fructum pomorum suorum xpus dicit Veni in hortum meum soror mea sponsa messui murram meam cum aromatibus meis Comedi favum cum melle meo Bibi vinum meum cum lacte meo Comedite amici et bibite et inebriamini carissimi Ego dormio et cor meum vigilat ecclia dicit Vox dilecti mei pulsat Aperi mihi soror mea amica mea columba mea immaculata mea Quia caput meum plenum est rore et crinis mei guttis noctium Expoliavi me tunica mea quomodo induar illa lavi pedes meos quomodo inquinabo illos vox ecclie de xpo Dilectus meus misit manum suam per foramen et venter meus intremuit ad tactum eius Surrexi ut aperiam dilecto meo manus mee stillaverunt murra digiti mei plenti murra probatissima Pessulum ostii mei aperui dilecto meo At ille declinaverat atque transierat Anima mea liquefacta est ut locutus est Quesivi et non inveni illum vocavi et non respondit invenerunt me custodes qui circuierunt civitatem percusserunt me et vulnera